

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

37. Gabaonitae

urn:nbn:de:bsz:31-105410

noctem funibus de muro pacifice demittit, & viæ ignaros consilio instruit. Vrbe ipsâ per miraculum capta, ita uti cum hospitibus conuenerat, funiculum de fenestra cocci- neum suspendit. Rahab igitur, quia per fidem benigna fuerat hospita Ecclesiæ, seruator cum sua omni propinquitate, & viri præstantis Sal- monis potitur conjugio. In Chri- sti genealogia, e mulieribus extra- neis, loco secundo ponitur, Regis Davidis tritavia.

37. GABAONITÆ.

Gabaonitæ, urbium vicinarum Hierichuntis & Hai clade & ever- sione territi, in castra Josuæ veniunt, vestitu lacero & calceis dislutis, por- tantesque utres vini veteres, & pa- nes duros, e regione longinqva se adesse simulant: cum dicerent iti- neris longitudine consumta vesti-
men.

f s

menta, ruptos utres & panes situ obductos. Quo dolo pacem impetrant, & vitam lucrifaciunt. Populo indignante, quod incolumitas illis concessa esset, Josua eos addictos servituti, calones & lixas esse imperat, & in fidem semel susceptos, contra Reges vicinos, ne furore illorum delerentur, sua potentia defendit.

38. JOSUA.

Josua, qui & Hosea, Nuni filius, Efraimites, Mosè summo duce, & maximo propheta dignus minister ac discipulus, a cujus latere nullo loco aut tempore discedit. Explorator missus in terram hostilem, periculum non horruit, & magnifica certaque renunciavit: socios suos prodicionis se arguentes sprevit, populum terrore percussum animavit, fremitus iniquorum non sine vitæ peri-

pericu
succello
accipit a
missæ te
millibu
ingredi
vocat D
ces ejus
imperiu
nuerun
trajecto
necatis
bes cor
tibus p
micilia
la. In
in popu
ante m
concion
sentissim
lari spec
rii sui se
centesim